non; ut indebitam [1] solutam reddere cogitur. PP. Kalend. Novemb. ALBINO & ÆMILIANO CONSS. 207.

De venditione operarum.

4. Imp. ANTON. A. Valeriano.

SI quam tibi pecuniam a liberto tuo ex venditione [2] operarum deberi probaveris: restitui tibi a liberto tuo Præses jubebit: Ex hoc enim liberam [3] testamenti factionem libertus habet, modo si non onerandæ [4] libertatis gratia emissam [esse] cautionem probabitur. PP. 14. Kalend. Maji, DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De manumittente ante tempus quo tenetur manumittere.

5. Idem A. Terentio.

MAter tua ab eo, quem ex causa fideicommissi manumisit, operas impositas petere non [5] potest: nisi ejus tantum temporis quo cum ante [6] manumisit [7], quam dies fideicommissæ libertatis existeret, sed nisi [8] ei honorem patronis debitum exhiberit: adeat competentem judicem pro modo admissi vindicaturum. PP. 3. Idib. Maji, DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De pecunia. 1. De duobus filiis.

6. Imp. ALEXAND. A. Minicio.

NEc patronis pro operis mercedem accipere licet: quamvis si indictæ operæ præstitæ non [9] sint, ad pecuniæ exactionem obsequii non præstiti æstimatio convertatur. §. 1. Qui autem duos [10] filios in potestate, vel diversis temporibus habuit, Lege Julia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberatur. Dat. 12. Kal. Jun. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De empto suis nummis.

7. Idem A. Augustino.

SI tuis [11] nummis emptus es ab eo a quo manumissus es: nec operas ei debes, nec puniri ab eo ut ingratus potes: *patronum* tamen tuum esse [12] eum negari non oportet. Dat. 3. Idib. Septembr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De liberta quæ patrono nupsit.

8. Idem A. Lictorio.

LIbertæ tuæ, ducendo [13] eam uxorem, dignitatem auxisti: & ideo non est cogenda operas tibi præstare, cum possis Legis beneficio contentus esse, quod invito [14] te alii non possit juste nubere. Dat. 10. Kalend. Mart. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

Si cui relinquatur libertas in diem cum onere aliquid præstandi.

9. Idem A. Herculiano.

TItius, si [cum] testamentum faceret, servo suo Cajo [15] libertatem cum conditione hac dedit, *Cajum servum meum a die mortis meæ annis tribus peractis manumitti volo: ita [tamen] ut præstet [16] heredibus meis, sicut me vivo præstabat:* & cum idem servus testatori diurnum quiddam præstaret, & post mortem ejus usque ad diem præstandæ libertatis etiam heredibus præstiterit: manifestum est, quod adeptus libertatem, ad eandem præstationem compelli non possit. Dat. 7. Id. August. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

De extraneis heredibus, & de maritis patronarum.

10. Imp. ALEXANDER A. Cæcilio.

LIberti libertæque defunctorum, operas neque extraneis [17] heredibus patronorum, neque maritis [18] patronarum debent. PP. Kalend. Novemb. ALEXANDRO A. CONS. 227.

De natis ex liberta, si patronus libertæ permiserit nubere.

11. Imp. GORDIANUS A. Africano

QUod [19] ex liberta muliere nascitur, ingenuum est. §. 1. Is autem, qui libertæ suæ nubendi commodavit adsensum [20], quamvis [21] operas ab ea exigere non possit, jura [tamen] patronatus non amittit. PP. 3. Non. August. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Ubi morandum. De ingratis libertis.

12. Imp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Veneriæ.

QUi manumittuntur, liberum [22], ubi voluerint, commorandi arbitrium habent: nec a patronorum filiis, quibus solam [23] reverentiam debent, ad serviendi necessitatem redigi possunt: nisi ingrati probentur [24] cum neque cum [24] patrono habitare libertos jura compellant [25]. S. 9. Kal. Jun. ipsis AA. CONSS.

De eo qui libertum alienum recepit.

13. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. ad Probum P. P.

IN redhibitione [26] operarum maneat pœna in eum qui libertum alienum recipiendum esse duxerit. Dat. 3. Idib. Jul. GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

TIT. IV.

DE BONIS [27] LIBERTORUM, ET JURE [28] PATRONATUS.

Si servus a domino data pecunia mercatur libertatem, omnia jura patronatus dominus retinet: idemque si bona illius fisco vindicata sint, fiscus ei in jura liberti succedit.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Secundæ.

MUltum [29] interest, utrum quis suis nummis emptus ac manumissus sit ab emptore, an a domino suo data pecunia mercetur libertatem? Priore [30] enim casu ad [bona ejus contra tabulas admitti patronum non placet, posteriore [31] [vero] omnia jura patronatus retinet. Et ideo cum Sabiniani patroni filii qui plenum [jus] habuit, ut hostis [32] publici bona fisco vindicata sint: secundum ea quæ divo Pertinaci placuerunt & nos secuti sumus, in [33] jura libertorum ejus fiscus [noster] successit [34]. PP. 5. Nonas Jul. FAUSTINO & RUFINO CONSS. 211.

2. Impp. VALENS & VALENT. AA. ad Florianum Comitem rerum privatarum.

SI liberti conniventibus [35] patronis confortium cum ancillis colonisve nostris [36] elegerint: sciant [illi] se deinceps commoda patronatus amissuros [37]. Dat. 3. Idib. Octob. *Treveri*, LUPICINO & JOVINO VV. CC. CONSS. 367.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

SI quis patronorum in posterum hujusmodi narrationem conceperit, vel in libertatibus quæ inter vivos actitantur: vel in his quæ et testamento, vel codicillis scriptis [vel sine scriptis] habitis proficiscuntur, *Ut [38] liberti eorum a jure patronatus liberentur:* antiqua interpretatione semota, non dubitet etiam patronatus jus ex fola tali verborum conceptione libertis esse remittendum: nec [eorum] successionibus quæ ab intestato descendunt, quas veteres etiam post hujusmodi actus servari in libertorum bonis decreverunt, a nobis patronis, integris reservandis. Sed quemadmodum in natalium [39] restitutione omne jus tollitur patronatus, ita & in hujusmodi verbis eandem vim esse observandam omnes non ignorant. Idemque [40] juris est, si inter vivos manumissione imposita, in ultimis voluntatibus conceflio [41] data fuerit patronatus [42]: ita tamen, ut in omnibus natalium restitutiones, ex quibus pene solis ingenuitas mera [43] libertis competit, tam obtineant, quam in nostra Republica polleant: cum nobis cordi est, ingenuis [44] magis hominibus quam libertis eam frequentari. Reverentia [45] tamen quæ a libertis [patronis] debetur, & jure quod adversus ingratos [46] libertos patronis competit, integris reservandis, & si per verborum conceptionem secundum a nobis inductum modum jus patronatus fuerit amissum: cum etiam hæc ingenuitatis præmio tollantur, quam pene [47] sola natalium restitutio inducit: his videlicet casibus per quos pœnalibus modis jus patronatus quali ab indignis patronis eripitur, in suo robore duraturi. Recitata septies [48] in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. 3. Kal. Novemb. DECIO V. C. CONS. 529.

4. [49] Αυτοκράτορος ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. deest.

Varia capita Græca constitutionis Justiniani de jure patronatus ex variis locis in unum congesta, per Ant. Contium.

§. 1. Multi modi in ea enumerabantur, quibus cessat jus patronatus: ut passim ajunt Græci interpretes. §. 2. Volens patronus remittit ei qui manumittitur, jura patronatus, lib. XLVIII. Dig. tit. ult.

§. 3. Qui suis nummis est emptus liber fit, & solutus omni jure patronatus etiam jure veteri, lib. XLVIII. Βασιλικ. ὁ ἐλεύθερος αἰδοῖα πράγματα, καὶ ἐκ τῶν τοιούτων κλοιοειδῶν πεφραγμένος ΙΙ. συναγωγῶν. καὶ δὲ τούτα ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἐλευθερίας ἐλευθεράτω. ἐ δὴ ΙΙ. κλῆρας, ἢ δοκοὺς ἔσω τούτα καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐλευθεριάσας ἐλευθεράτω. ἐ τῶν ἀφιερεμένων ἀν αὐτὸ

Id est,

Qui alienas res furatus est, & ex earum distractione decem puta redegit, eaque dedit pro sua libertate, liber fit: qui vero decem furatus est, non potest ipse dare, & liber fieri, sed servus manet etiam iisdem decem

ei ablatis. §. 4. Ο ἀπεγνωσμένος ἐλευθεροῦται, ἀπεγνωσμένος δὲ ἐστὶ ὃ ὁ μισθὸς τοῦ πρισαμένου ἴσον αὐτῷ ἢ ὁ μὴ δυνάμενος τὰ τῆς περιουσίας ἀπαίτειν ἐστὶν ὁ παλαιόφρων καὶ ὁ μανιώμενος. §. 5. Servus ægrotus [1], nisi ejus cutus. Item ne filii adoptivi patroni libertos patris adoptivi habeant. §. 6. Δῶλος τρατευόμενος εἰδοῦνι τῶ οἰκίᾳ ἐκπάτρα ἐλευθεράτω. Servus sciente domino militiam adeptus, potestate domini liberatur, & ingenuus fit cessante jure patronatus.

† Idem cautum fuisse videtur de servo Episcopatum vel clericatum, vel aliquam dignitatem sciente domino adepto, ut ita concipi debeat hæc epitome:

Δῶλος τρατευόμενος ἢ ἀξιωματικὸς γενόμενος εἰδοῦνι &c.

§. 7. Ancillas nostras in concubinatu habere possumus. Qui habet uxorem legitimam, non potest habere concubinam. Si quis sine uxore constitutus ancillam suam sub nomine habeat concubinæ, & in eadem usque ad mortem suam consuetudine perseveraverit: illa cum liberis suis in ingenuitatem rapietur, & supra legitimam portionem peculium quod dominus cum moreretur, habebat, capiet: neque liberi aut heredes, aut cognati defuncti in illam jus patronatus habebunt. §. 8. Intestato liberto mortuo ad ejus successionem primum vocantur descendentes, id est, veteri [2] quidem jure liberi post libertatem parentum concepti, ex hac vero lege etiam liberi in servitute parentum concepti, & postea manumissi, & post liberos hujusmodi vocantur deinde cæteri ascendentes, & parentes liberti, & fratres si modo sint liberi, id est, manumissi patronatus jure in hac parte sopito. §. 9. Placebat [3] in eo genere percipiendarum hereditatum (loquitur *de legitimis hereditatibus*) successionem non esse, id est, ut quamvis prosocus ejus secundum ea quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreverit hereditatem, aut antequam adeat, decesserit, nihilomagis legitimo jure sequentes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto jure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant: sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote agnationis jure eis reclusio. Sed nos nihil perfectissimo juri deesse cupientes, nostra constitutione quam de jure patronatus humanitate suggerente protulimus; sancimus successionem in agnatorum hereditatibus non esse eis denegandam: cum satis absurdum erat, quod cognatis a Prætore apertum est, hoc agnatis esse reclusum: maxime cum in onere quidem tutelarum, & primo gradu deficiente sequens succedit; & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum. §. 10. Illud certum est [4], ad serviles cognationes illam partem Edicti qua proximitatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed nostra constitutione, quam pro jure patronatus fecimus (quod jus usque ad nostra tempora satis obscurum, atque nube plenum, & undique confusum fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus, ut si quis in servili constitutos consortio, liberum [5] vel liberos habuerit: sive ex libera, sive ex servilis conditionis muliere, vel contra serva mulier ex libero vel servo habuerit liberos cujuscunque sexus, & ad libertatem his pervenientibus, & si qui ex servili ventre nati sunt, libertatem meruerint: vel dum mulieres liberæ erant, ipsi in servitute eos habuerint, & postea ad libertatem pervenerint, ut hi omnes ad successionem patris, vel matris veniant, patronatus jure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuam [6] vocavimus, ex illa lege specialiter eos vocantes, sive soli inveniantur, qui in servitute nati, & postea manumissi sunt: sive una cum aliis qui post libertatem parentum concepti sunt, sive ex eodem patre, vel eadem mater, sive ex aliis qualicunque copulatione nati sunt, ad similitudinem eorum qui ex justis nuptiis procreati sunt. §. 11. Sed [7] nostra constitutio, quam pro omni natione Græca lingua compendioso tractatu habito compositum, ita hujusmodi causam definivit, ut si quidem libertus, vel liberta minores centenarius sint, id est minus centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, ut pro mille sestertiis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione, si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint nullo liberorum relicto, tunc patronatus jus (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reservavit. Cum vero majores centenarius sint, si heredes, vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum, sive plures cujuscunque sexus, vel gradus, ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum sua progenie semotis. Sin autem fine liberis decesserint, si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus. Si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem, & patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos præterierint, ita quod non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam ut antea, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel quod deest, eis ex constitutione nostra repletur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit, ita sine onere, ut nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata, vel fideicommissa præstentur, sed ad coheredes eorum hoc onus redundet: multis aliis casibus a nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad hujusmodi dispositionem juris perspeximus, ut tam patroni patronæque quam liberi eorum, necnon qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum libertarumque vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est,

interdicit, & relegat. An subditi licet patriam mutare? vid. Papon. 3. *Notar.* 6. *fol.* 262. de addictis glebæ colonis & censitis alibi dictum est. 35 Imo compellunt. *l.* 71. §. 2. *ff. de cond. & demonstrat.* Resp. quod ibi tempore manumissionis illam legem imposuerit, hic ex intervallo. *Amf.* 36 Qui alienum libertum occupat, loco pœnæ tenetur ad operarum præstationem. *l. un. in fin. J. de colon. illyr. lib.* 11.

27 Dixi ad *L.* 38. *D.* 2. 28 Dixi ad *L.* 37. *D.* 14. Juris patronatus hæc pars, qua capita sunt: Ne a liberto in patronum proponatur turpis actio. *l.* 2. *l.* 5. *ff. de obsequ. parent.* 6. 4. §. 16. *D. de doli mali & metus.* ut reverentia & officium, *l.* 26. §. 12. *D. de cond. indeb.* & alimenta præstentur. *l.* 5. §. 18. *D. de agnosc. & alend. lib.* ut patronus liberto revocetur in servitutem. *l.* 3. *verf. Reverentia. J. h. t.* ut patronus liberto succedat. *l.* 4. *J. h. t.* 29 *l.* 4. *J. de obseq.* 30 Qui servum meum ejusdem pecunia a me redemit & manumisit, jus in ejus bona succedendi non habet. 31 Etiamsi a servo meo pecuniam manumissionis causa accepero, nihilominus tamen ei succedo.

32 Hostis publici bona fisco cedunt. 33 *l.* 9. *ff. ad l. Jul. majest.* 34 Vid. quæ dixi ad *l.* 9. 35 Diffimulans pro consentiente habetur, justque sunt remittere intelligitur. 36 Id est, fiscalibus. 37 Et ita jus patronatus a patrono liberis remitti potest, *ut hic. & l.* 3. *J. h. t.* 38 Remittens jus patronatus, jus omne in libertum reverentia excepta, amittit. *Novell.* 78. *cap.* 2. 39 Natalium restitutione jus omne patronatus tollitur, ita ut libertus nec obsequium nec honorem patrono debeat, nec ingratus accubri potest. *verf. Cum etiam hæc. J. h. t. l.* 10. §. 3. *ff. de in jus vocand.*

40 Remissiones fiunt in ultima voluntate, & inter vivos inter se comparantur. 41 Hoc est remissum jus patronatus. 42 Et libera relinquendi facultas. *l.* 47. §. 5. *ff. de bon. libert.* & ita abrogatur *d.* §. 2. 43 Mera libertas. 44 Ingenuus patronatus quam libertis hominibus rempubl. frequentari interest. 45 Remissione generali, quædam tacite excluduntur. 46 Injuriatus actio datur adversus eum, cui jus patronatus remissum est. *l.* 2. *J. de libert. Nov.* 78. *c.* 2. non datur adversus reliquum natalitus dixi *supr. h. t.* Plus est ergo natalibus restitui, quam jura patronatus remittere habere. Quod ad actionem tamen ingrati attinet, datur adversus donatarium. 47 Natalium restitutio pene inducit ingenuitatem. *l.* 2. *l.* 3. *ff. de natalibus restituend.* 48 Septimo dixi ad *l.* 30. *supr. de jure dot.* 49 Hanc constitutionem Cujac. 20. *obf.* 34. restituit, partim ex Latina quadam & veteri translatione, partim ex Basilicis.

1 *l. unic.* §. 3. *J. de Latina libert. Novell.* 153. *cap.* 1. *l.* 2. *ff. qui sine manumiss.*

2 Id est, Leg. 12. Tabul. 3 *Inst. de legitima agnat. success.* 4 *Inst. de servitiis cognatione.* 5 Id est, filium, ut *l.* 34. *ff. de pact.* 6 An jure veteri liberorum liberi jus mutuæ successionis habuerunt exclusofato patrono? Robertus videtur hoc voluisse 2. *recept.* 24. quo nomine reprehensus a Cujacio 17. *obf.* 13. defenditur a leipso 3. *animadverf.* 2. reprehenditur iterum ab Antonio Mercatore 3. *Notar.* 24. adde Cujac. 20. *obf.* 34. 7 *Inst. de succeff. libert.* 8 §. 4. *verf. Compar. Inst. de bon. poffef.*

9 Dixi ad *L.* 38. *D.* 2. 10 Quid si manumissio facta sit? Ipso jure nulla est. 11 Alienata in fraudem patroni revocatur usque sua legitimam. *l.* 1. *ff. h. t.*

12 Patronus alienata a liberto intestato motum revocat per Calvisianam *l.* 3. §. 3. *ff. h. t. l.* 16. §. 6. *ff. de pet. hered.* fervitutis vero per Fabianam. 13 Patronus alienationem factam a liberto, si ratam habuerit, ipse ejusque heredes eam revocare non possunt.

& si ejusdem patroni, vel patronæ, vel duorum duarumque pluriumve liberi sint, qui proximior est, ad liberti, vel libertæ vocetur successionem: & in capita non in stirpes dividatur successio: eodem modo, & in iis qui ex transverso latere veniunt, servando. Pene enim confonantia jura ingenuitatis & libertinitatis in successionibus fecimus. Cumque [8] antea fuerat septimo loco bonorum possessio, *Tum quem ex familia*, & octavo, *unde patroni, patronæque*, & *parentes eorum*: utramque per constitutionem nostram quam de jure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuimus, quas usque ad quintum gradum tantummodo coartavimus, ut sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia, sufficit eis, tam contra tabulas bonorum possessio, quam *Unde legitimi*, & *unde cognati*: ex quibus possunt jura sua vindicare omni scrupulositate & in extricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta.

Contin. Videri posset, & hac lege constitutum fuisse id, quod ait Justinianus Instit. quibus manumit. non licet, *ne masculus in testamento manumittere posset, nisi decimumseptimum implevisset annum, & decimumoctavum attigisset: & vice versa, ne femina testamento manumittereret, nisi decimumsextum implevisset, & decimumseptimum attigisset: ut utroque casu, tam in masculo quam in femina media via electa sit inter annos pubertatis, & viginti annorum ætatem. Sed quia Græci numeri hac in re depravati sunt, nec hanc constitutionem disserte exprimunt, nihil hic ea de re affirmare audemus. Sequatur quisque quod probabile videtur, donec certiore confirmatione, vel refutatione certior fiat, quid necessario sequi debeat.*

TIT. V.

SI [9] IN FRAUDEM PATRONI A LIBERTIS ALIENATIO [10] FACTA SIT.

Alienata in fraudem patroni revocantur usque ad legitimam portionem. Bald.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Claudio.

SI in fraudem patroni libertus aliquid alienaverit [11], quatenus legitima pars deminuta est, revocandi tributam convenit esse potestatem. Dat. Kal. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

2. Idem AA. & CC. Juliæ.

DEfuncto quidem liberto patronus intestato [12] succedens, per actionem Calvisianam in ejus fraudem alienata revocare potest. Verum cum patronum post liberti sui mortem ab eo fundi collatam donationem habuisse ratam [13] adseveras, manumissoris factum infirmare successores ejus minime possunt. Dat. 8. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS.

TIT. VI.

DE OBSEQUIIS [14] PATRONO PRÆSTANDIS.

De actione famosa.

1. Imp. ALEXAND. A. Zotico.

COntra patronum tuum famosam [15] actionem instituere non potes. PP. 2. Idus Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De nuptiis.

2. Idem A. Leontogono.

LIbertæ quæ voluntate patroni, aut jure nuptæ [16] sunt, non coguntur officium patronis suis præstare. Dat. 14. Kal. Aug. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De his qui pactione data manumittuntur.

3. Idem A. Xantho.

ETiam qui pactione [17] data a dominis manumittuntur, mero [18] jure omne eis obsequium debent.

De lite.

4. Idem A. Victorino.

SI manumissori tuo vim, & audaciam objecisti, ei, qui te beneficio suo ex fervitute liberando, ut adversarium [te] haberet, fecit: Præses provinciæ, quatenus coërcere ejusmodi temerariam licentiam debeat, æstimabit. Nam si qua tibi pecunia debebatur, sive de rebus adverfus patronum disceptatio fuerat: non protinus ad litigandum [19] currere debueras: maxime autem si hoc facere auderes, sine [20] atrocitate [certe] verborum æquitatem petitionis tuæ commendare Judici potuisti, omni honore patrono debito reservato. PP. 2. Kal. Octob. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De liberis damnatorum.

5. Imp. GORDIANUS A. Sulpitiæ.

ETiam liberis [21] damnatorum consuetum obsequium libertos paternos præstare debere [22], in dubium non venit. Proinde si non agnoscunt reverentiæ debitæ munus: non immerito videntur ipsi adversus se provocare severitatem. PP. Non. Septemb. SABIN. II. & VENUSTO CONSS. 241.

Quale obsequium præstandum, & de vinculis.

6. Idem A. Cornelio.

LIbertos, sive libertas maxime quibus impositæ operæ non sunt, consuetum [23] potius obsequium quam servile ministerium manumissoribus exhibere debere, neque vincula [24] perpetui, non est opinionis incertæ. Dat. 3. Kal. April. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

14 Dixi ad *L.* 37. *D.* 14. 15 *l.* 1. *in fin. fupr. ff. tutor non gaffer.* 49. *Eclog.* 2. *c.* 1. 16 *l.* 1. *in fin. fupr. l.* 48. *ff. de oper. libert.* 17 Id est, canone. Pactum enim hic fumitur pro canone, ut *Novell.* 120. *cap.* 8. 18 Jus merum. 19 Libertus patronum in jus non vocat sine venia. *l.* 4. §. 1. *l.* 8. §. 1. *l.* 9. & *feq. ff. de in jus vocand.* 20 Libertus adversus patronum litigare sine atrocitate verborum debet. vid. *l.* 11. §. 1. *ff. de dolo.* Goth. Adde *l.* 6. §. *de tofculando.* S. I. 21 *l.* 1. §. 8. 20. *ff. de agnosc. liberis; Nov.* 78. *c.* 2. §. 1. *in fin. l.* 4. 14. 15. *in fin. ff. de jure patronatus.* etiam privignis. *l.* 7. *J. de hered. l.* 3. *J. tit. prox.* 22 Imo non debent. *l.* 3. *ff. de interdicto. l.* 1. *fupr. de bon. libert.* 23 Obsequio contrariæ tunt operæ non impositæ, durum fervicium & similia. 24 Vincula sunt liberis imponere patronos non potest, *ut hic:* nec parens liberis, nec maritus uxori. Baldus, adde quæ dixi ad *l.* 12. *ff. de oper. libert.*

De privignis, & filiis patroni.

7. Impp. DIOCL. & MAXIM. AA. Metrodoro.

NEque libertis novercæ, injuriæ inferendæ privignis [1] ejus libera facultas esse debet, paternos etiam libertos (sicut dicis) injuriosos tibi fuisse, ferendum non est. Præses igitur provinciæ vindictam tibi personarum conditioni congruentem impertiri non dubitabit. Dat. 5. Id. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De patrona.

8. Iidem AA. Hermiæ.

NEque patronæ [2] tuæ obsequiis refragari te fas est. Dat. 12. Kal. Februar. DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

TIT. VII.

DE LIBERTIS [3] ET EORUM LIBERIS.

1. Imp. ANTON. A. Daphno.

NOn est ignotum, quod ea quæ ex causa fideicommissi manumisit, ut ingratum [4] libertum accusare non potest: cum id judicium extra [5] ordinem præbeatur ei qui [voluntate] servo suo libertatem gratuitam præstitit, non qui debitam restituit. PP. 5. Kal. Maji, MESSALA & SABINO CONSS. 215.

2. Imp. CONSTANT. A. ad Maximum Præfectum urbi.

SI manumissus ingratus circa patronum suum extiterit, & quadam jactantia [6], vel contumacia cervicem adversus eum erexerit, aut levis [7] offensæ contraxerit culpam: a patrono rursus [8] sub imperium ditionemque mittatur, si in judicio, vel apud pedaneos [9] judices patroni querela exorta ingratum eum ostendat; filiis [10] etiam qui postea [11] nati fuerint, servituris: quoniam illis delicta [12] parentum non nocent, quos tunc esse ortos constiterit, dum libertate illi potirentur. † Sane si is, qui in nostro consilio vindicta liberatus est, post coercitionem [ex] pœnitentia dignum se præstiterit [13], ut ei civitas Romana reddatur: non prius fruetur beneficio libertatis, quam si hoc patronus ejus oblatis precibus impetraverit. Dat. Idib. [14] Apr. *Romæ*, CONSTANT. [15] A. V. & CONSTANTE C. CONSS. 319.

3. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. ad Senatum.

LIberti non modo adversus patronos non audiantur, verum etiam eandem quam patronis ipsis [debent], reverentiam præstent heredibus [16] patronorum: quibus ingrati actio, sicut ipsis manumissoribus deferetur, si illi datæ sibi libertatis immemores, nequitiam receperint [17] servilis ingenii. Dat. 7. Id. August. *Ravennæ*, MARINIANO & ASCLEPIODOTO CONSS. 423.

4. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Basso P. P.

LIbertinæ conditionis homines, vel eorum filii, etiamsi militantes [18] [docebuntur] ingrati: ad servitutis nexum procul dubio reducentur [19]. Dat. Kal. April. *Ravennæ*, THEODOS. II. & VALENT. AA. CONSS. 425.

TIT. VIII.

DE [20] JURE AUREORUM [21] ANNULORUM [22], ET DE NATALIBUS [23] RESTITUENDIS.

1. Impp. DIOCL. & MAXIMIAN. AA. Philadelpho.

Natales antiquos, & jus ingenuitatis non ordo præstare Decurionum, sed a nobis [24] peti potuit. Dat. 15. Kal. April. *Ravennæ*, ipsis AA. CONSS.

2. Iidem AA. & CC. Eumeni.

AUreorum usus annulorum beneficio Principali tributus [25], libertinitatis [26] quoad vivunt imaginem [27], non statum ingenuitatis præstat [28]. Natalibus autem antiquis restituti liberti, ingenui [29] nostro constituuntur beneficio. Dat. 13. Kal. * *Sirmii*, CC. CONSS.

In AUTHENT. ut liberti de cætero. §. 1. & §. illud. coll. 6. tit. 7. al. 6. Novell. 78. cap. 1. & 2.

Sed hodie quia manumittentes servos suos, cives denunciant Romanos (non enim aliter licet) ex ipsa manumissione aureorum annulorum & regenerationis jus habent: ut sint quidem liberi & ingenui, sed jure patronatus illæso.

TIT. IX.

QUI [30] ADMITTI AD BONORUM POSSESSIONEM [31] POSSUNT; ET INTRA [32] QUOD TEMPUS [33].

De filiofamilias.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Macrinæ.

BOnorum possessio filiofamilias delata [34]; cum ignorante [35] quoque patre possit peti, emolumentum etiam patri allatura, si ratam [36] petitionem pater habuerit, amittitur [37] transacto tempore [38]. Sine die & consule.

De bonorum possessione quæ defertur proximitatis nomine.

2. Iidem AA. Crispino.

SI bonorum possessio tibi duntaxat competit proximitatis nomine, habuisti spatium centum [39] dierum utilium, ex quo eum defunctum [40] scisti [41], ad bonorum possessionem amplectendam. Dat. 3. Non. Novemb. GETA CONS.

De infante.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Crescentio.

INfantis [42] nomine agnitam bonorum possessionem, & antequam [43] loqueretur diem functi, recte competere [44] nulla dubitatio est. S. Kal. Januar. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De emancipata.

4. Iidem AA. & CC. Marcello.

EMancipata [45] si non agnovit intra [46] annum, *Unde liberi* bonorum possessionem, nullam [47] ad heredes vindicationem successionis transmittere potuit. Dat. 3. Kal. Maji, *Heracleæ*, CC. CONSS.

De ignorantia facti.

5. Iidem AA. & CC. Maximo.

QUamdiu per facti [48] quæstionem incertum [49] est, utrumne secundum tabulas, an ab intestato, & ex quo capite possessio sit delata, ne tibi tempus agnoscendæ bonorum possessionis præfinitum cedat, superstitiosam geris solicitudinem.

De ignorantia juris.

6. Iidem AA. & CC. Frontinæ.

1 Liberti debent reverentiam privignis patroni. *l. 5. supr. h. t.* adde quæ notavi de noverca *l. 4. ff. de inoff.* multo magis liberis patroni. *l. 7. in fin. ff. de oper. libert.* 2 Ut patrono, ita patronæ debetur obsequium. *l. 5. supr. & l. 7. in fin. ff. de oper. libert. l. ult. ff. de obsequiis.* 3 Et eorum moribus. *L. 4. Cod. Theod.* 11. 4 De action ingrati, vid. *l. 3. supr. & bon. libert. Novell.* 78. *cap.* 2. 5 Ingrati enim actio legibus non eit prodita: sed si prodita est, veluti lege Ælia Sentia, in destructionem abiit, post illam legem fanta usconfultis, & constitutionibus de ingratitudine libertorum agi extra ordinem cœpit, *ut hic. 6. l. un. C. Theod. h. t.* 7 Ob levem offensam inviolato obsequio, non defesto commissum, non revocantur in servitutem liberti. 8 Liberti revocantur in servitutem ob vitium ingrati. *l. pen. supr. de oper. libert. l. 6. in fin. ff. de restit. in integr. l. 6. ff. de agnosc. l. 70. ff. de verb. sign. §. 1. Inst. de cap. deminut. Novell.* 78. *cap.* 2. Tac. 13. 2. Valer. 1. Ambrosi. *de Jacob. & beata vita.* 9 Vid. *l. 2. supr. de pedaneis judicibus.* 10 Ingratitudo patris non nocet liberis ante ingratitudinem natis: post ingratitudinem natis nocet: ideoque qui ita nascuntur, cum parentibus, cum parentibus in servitutem revocantur. 11 Natus ex ingrato, ut ingratus in servitutem reducitur. 12 Delicta parentum regulariter liberis non nocent. vide tamen *l. quisquis. §. 5. 1. ff. ad leg. Jul. majestat.* 13 Cornelius Tacitus 14 Dat. 5. Kal. August. Colonæ Agrippinæ. *Cod. Theod. h. t.* 15 Pacatiano & Hilario Consulibus. 16 Liberis *l. 1. §. 3. ff. prox.* Novella Valentiniani de libertis: *etiam filiis actionem ingrati adimit.* vide Cujac. *ad Novell.* 78. Puto tamen id etiam ad extraneos heredes pertinere. *l. 2. supr. de in ius vocand.* 17 Servus ergo neque est & fur. vide Bald. *hic.* Ita solent libertini ad nequitiam servilis ingenii redire. Plautus in Perh Act. 5. *Ita pas libertinorum est, nisi patronus, qui adversatus est. Nec satis liber fit, videtur, nec satis Frugi, nec satis bonajus. Ni quid efficit, ni et malediciit, ni grato ingratus reportus est.* 18 Facit *l. 1. §. 3. ff. de obsequiis.* 19 Hinc anno 1542. Theolaino Senatusconsulto cautum fuisse refert Paponius. Literas status in criminibus & delictis non concedi. *Lettres d'effat: ne s'octroyent en delict, & en crimes. 2. Notar. 9. cap. des lettres d'effat.* Idem 10. *Arrest. 8. mars. ult.* de literis status & justitiæ alias diximus. 20 Dixi ad *L. 40. D. 10. h. t.* 21 Annulorum aureorum jus quid? dixi in *l. 1. 2. 3. h. t. ex tit. ff. h. t.* 22 De annulis vide quæ Scripti ad *l. signatorius annulus.* 74. *D. de verb. sign.* 23 Dixi ad *L. 40. D. 14.* 24 *l. 1. D. h. t.* Hodie benefitium hoc civiis liberto ultro datum est a lege. *Nov.* 78. *c.* 1. His adde Paponis tractatum de nobilitate *t. Arrest. 4. & 3. Notar. 3. c. d'emobilissement.* 25 Annulorum jus tribuebatur habentibus in bonis mille quadringentos, qui census erat equestris. Sueton. *in Julio c.* 33. fic Arnobius 4. Pecunia donat annulos aureos, passim Plinii tecnlo, *lib.* 33. *cap.* 3. parcissime sub Vitellio. Sueton. *cap.* 12. Nunquam aut rarissime sub Alexandro Severo jus aureorum annulorum dabatur. *Lampridi.* 26 *Libertatis*, quidam ita legunt. Cujac. ad *l. 1. 3. ff. servus aut libertus.* legit *libertis.* 27 Imago ingenuitatis minus est, quam ingenuitatis status. 28 Imo præstat. *l. 5. l. 6. D. de jure aureorum.* Annulis enim aureis donatus vivit ut ingenuus, mortur ut libertus. *l. 3. ff. de hostiis liberis.* 29 Natalibus restitutus fit ingenuus, *ut hic. & l. 2. 3. 5. D. de natalib.* Qui jus aureorum impetrabat, non flebat ingenuus. *§. 6. ut deteriorisnt* fit conditio ingenuitatis hujusmodi hominis. 30 Ad quos admittuntur ad bonorum possessionem. *§. 1. 3. ff. de bonis libertorum.* 31 Bonorum possessionem dicit, jure civili perpetuum & liberum esse potestatem adeundi *l. §. 7. de jure delib.* In bonorum possessione petenda tempus angustius: & in eo prodiit filium privari: ut illo non sit necesse patris suffium procedere. quemadmodum in plerisque aliis cernitur, ut nisi his tempore pertinax fit, a regulis difectunt: & habiles fiant perlonæ, quæ antea idoneæ non erant. 32 Renunciatio tacita facta per filium patri nocet, *ut hic.* Inimo nocere non potest. *l. 13. in fin. l. 14. D. de adq. vel omitt. hered. l. 8. §. 1. 3. de bon. quæ lib.* An cum Jasone dicemus id ita fieri, quod expressa renunciatio plus noceat quam tacita? vel, quod ex silentio, lapsu temporis intercedente, pater filio contentire præsumatur. *arg. cap. illud. 8. extr. de praescript. cap. si qui tacet. 42. de reg. in 6.* (de quo tamen vide *l. 10. §. de petit. hered.*) An potius ius est diverium hereditati, an vero bonorum possessioni renunciet filius: ut leges contrariæ (de fortuito Cujac. *ante*) loquantur de repudianda hereditate: hæc nostra de bonorum possessione intelligenda sit: Hujus autem differentiæ hanc esse rationem, videlicet, ut hereditatem inuipitu patris repudiare non possit, quod eam patris injussu non possit adire. *l. 6. & §6. ff. de adquir. vel omitt. hered.* Injuitu patris, eoque invito bonorum possessionem possit petere, proinde & repudiare: & ita patri obestie, *hac lege.* 38 Legitimo. de qua vide *l. 2. 3. h. t.* 39 Centum dies utiles dantur extraneo, puta cognatis & adgnatis ad petendam bonorum possessionem, *ut hic. l. 3. D. unde cognati. & l. 1. §. 8. & D. de successorio. §. 1. in fin. Inst. de bon. poss.* liberis annus datur. *l. 1. §. 12. & 14. D. de succes. edict. l. 4. in fin. D. quis ordo in bon. poss. §. 4. in fin. Inst. de bon. poss.* Ulp. 28. §. 10. Eodem centum dierum spatio plerumque adeunda hereditas erat ex folenni vellatoria lege Ulpian. 22. §. 27. *l. 3. §. 8. D. de minorib. l. 22. §. 1. D. quando dies legati:* quod spatium dies additionis dicitur in *l. 9. §. 1. D. de jur. & facti. ignor. & 86. D. de adq. vel omitt. hered.* Hodie a Principe annus datur: a ceteris judicibus novem menses. *l. ult. §. 13. in fin. l. de jure delib.* in casu singulari dantur adversus exheredatum præsentem tres menses: alibi tem duodecim. *l. 36. in fin. §. de inoff.* Inventario vero conficiendo tres menses. *l. ult. §. 2. 3. de jure delib.* 40 De transmissionis jure, vide quæ Scripti ad *l. un. §. 3. 5. de caducis tollendis.* 41 Tempora bonorum possessionis fieri. 40. *Edog.* 7. 42 Ut enim fiscus petendi bonorum possessionem, silentius tamen morte alterius debitam fibi hereditatem, currunt. *l. 10. D. de bon. poss. l. 2. §. 5. ff. qui ordo.* Quid si tutor civil? scientia tuteris nocet impuberi. *l. ult. D. de jur. & facti. ignor. l. 67. ff. de adquir. vel omitt. hered. l. un. §. 10. J. de cad. vid.* Duarenum *ub.* 30. 1. & 2. *de pars. vel omissorum.* 1. Michaelem Graffum *lib. sent. §. ius adscripti.* 21 Ad hanc legem extant commentarii Cujacii, Hipp. Riminalii, & Guterii, præter quos vide Alciatum *lib.* 4. *parad. c.* 8. Mod. 22 Id est, non prescribitur. Omittere bonorum possessionem & hereditatem, est ab ea tempore excludi, id est, intra tempora constituta eam non accipere. Amittere, genus: Omittere species est. & hoc fonti temper hereditas, aut bonorum possessio omitti dicitur, non alio. vid. Anton. Mercatorem 3. *Dict.* 20. *in fin.* Græci ita legunt, *καὶ τοῖς παραιτησαμένοις. Eclog. dict. loco, cap.* 1.

23 Dixi ad *Lib.* 37. *D.* 11. De bonorum possessionibus, hoc paucis tenendum est, Duri vel testamento facto vel ab intestato: Prior casu, duplicier, vel liberis hereditas, *ut hic:* vel praeteritis liberis, quæ & contra tabulas. *tit pres.* 12. his adde Carbonian. *tit.* 17. quæ datur liberis impuberibus praeteritis, quibus fit controversia status & bonorum paternorum. adde & eam quæ competit patrono, cujus liberis *tit.* 13. Ab intestato, ut *unde liberi.* 14. *unde legitimi & unde cognati.* 15. *unde vir & uxor* 16. 24 Quid? secundum nuncupationem potestne dari bonorum possessio unius? *l. ult. l. 2. 3. & 5.* 25 Quoties de jure testimenti qualitas est, totto bonorum possessio ab intestato peti non potest. 26 *l. 46. ff. de adq. vel omitt. hered.* 27 *l. 84. ff. de adq. vel omitt.*

JUris [1] ignorantiam, nec mulieribus prodesse in Edicti perpetui cursu de [2] agnoscenda bonorum possessione, manifestum est. Dat. 3. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS.

De pupillo & tutore.

7. Pars epistolæ CONSTANTII & MAXIMIANI AA. & SEVERI & MAXIMIANI Nobilissimorum CC.

BOnorum quidem possessionem pupilli nomine agnoscere [3] tutorem [4] potuisse, aperte declaratur: ipse autem pupillus [5] bonorum possessionem sine tutoris auctoritate amplecti non potest, nisi etiam impuberi sine [6] tutoris auctoritate hoc postulanti, scienti [7] hoc competens judex dederit bonorum possessionem: tunc enim emolumentum successionis videtur [ei] Prætorio jure quæsitum esse. 6. Idib. Septemb. CONSTANTIO & MAXIMIANO CONSS. 306.

De rusticitate, ignorantia, absentia, vel alia ratione.

8. Imp. CONSTANTIUS [8] A. ad Dionysium.

QUicunque res ex parentum, vel proximorum successione jure sibi competere confidit: sciat sibi non obesse, si per rusticitatem [9], vel ignorantiam [facti [10], vel absentiam] vel quamcunque aliam rationem intra præsinitum tempus bonorum possessionem minime [11] petiisse noscatur: quoniam hæc sanctio hujusmodi consuetudinis necessitatem mutavit. Dat. Prid. Idib. Mart. *Heliop.* CONSTANTIO A. & CONSTANTE C. CONSS.

Quomodo & quando agnoscenda successio.

9. Idem [12] A. ad Populum.

UT verborum inanium excludimus [13] captiones: ita hoc observari decernimus, ut [14] apud quemlibet [15] judicem, vel [etiam] apud Duumviros, qualiscunque [16] testatio [17] amplectendæ hereditatis ostendatur, statutis prisco jure temporibus coarctanda, eo addito [18], ut etiamsi intra alienam vicem, id est, prioris gradus, properantius exeratur, nihilominus tamen efficaciam parem, quasi suis sit usa curriculis, consequatur. Dat. Kalend. Februar. *Laodiceæ.*

TIT. X.

QUANDO NON PETENTIUM [19] PARTES PETENTIBUS ADCRESCANT [20].

In successionibus non petentium portiones accrescunt petentibus. Alex. *

1. Imp. GORDIANUS A. Marthanæ.

QUoties pluribus liberis, cessante legitima successione [21], bonorum possessio defertur [beneficium] Edicti perpetui quibusdam [22] omittentibus, his solis qui bonorum possessionem agnoverunt, portionem non petentium accrescere, in dubium non venit. Dat. Idib. Januar. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

TIT. XI.

DE BONORUM POSSESSIONE SECUNDUM [23] TABULAS [24].

Donec causa falsi per appellationem discutitur, bonorum possessio agnosci non potest. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Vitali.

PEndente [25] appellatione a sententia, qua falsum [26] testamentum pronuntiatum est: incerto [27] adhuc, an defunctus intestatus decesserit: proximitatis nomine bonorum possessionis locus non est. Dat. 3. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

2. Imp. GORDIAN. A. Cornelio.

BOnorum quidem possessionem ex Edicto Prætoris nonnisi secundum eas [28] tabulas, quæ septem [29] testium signis signatæ sunt, peti posse, in dubium non venit. Verum si eundem numerum adfuisse sine [30] scriptis testamento condito, doceri potest: jure civili testamentum [factum] videri, ac secundum nuncupationem [31] bonorum possessionem deferri, explorati juris est. PP. 12. Kal. Mart. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

TIT. XII.

DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA [32] TABULAS QUAM PRÆTOR LIBERIS [33] POLLICETUR.

1. Imp. ALEXAND. A. Rufo.

LIberi, contra tabulas parentum bonorum possessione admissa solis [34] parentibus & liberis legata præstare secundum Edictum debent. PP. 4. Idib. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

2. Idem A. Claræ.

POsthumo [35] nato, qui [36] neque heres institutus a patre neque nominatim exheredatus est [37], testamentum rumpitur. Et si contra [38] tabulas bonorum possessio infantis nomine a tutore petita est: secundum tabulas [bonorum] possessio locum habere non potest. Dat. Kal. Mart. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

TIT. XIII.

DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA TABULAS LIBERTI [39], QUÆ PATRONIS LIBERISQUE [40] EORUM DATUR.

1. Imp. GORDIANUS A. Herculiano.

LIcet ex causa fideicommissi [41] manumissus sit [is,] quem ex voluntate patris cum sorore [tua] te manumisisse proponis: tamen, si extraneos scripsit heredes, partis [42] legitimæ contra tabulas ejus bonorum possessionem petendo, vel contra nuncupationem, si testamentum sine scriptis condictum est, intra tempora Edicto præstituta eam partem poteris obtinere. PP. 6. Kal. Decemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

2. Imp. ANASTASIUS [43] A. Asclepiodoto.

PAtronus, liberti muneribus [44] electis [45], & operis [46], a contra tabulas bonorum possessione repellitur. Dat. 13. Kalend. Mart. VIATORE [47], & ÆMILIANO CONSS.

TIT. XIV.

UNDE [48] LIBERI [49].

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Sarpedoni.

SI avus tuus relictis tribus emancipatis [50] filiis decesserit, hique bonorum possessionem *unde liberi* acceperint: pro rata portione heredes [51] eos extitisse palam est. Dat. 4. Non. * MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

2. Iidem AA. & CC. Zosimo.

EX testamento [52], vel ab intestato existente filio, vel nepote suo [53] herede, nemo [54] potest ab intestato heres existere. Dat. 3. Id. Mart. ipsis AA. & CONSS.

3. Imp. CONSTANTIN. [55] A. ad Leontium Comitem R. P. Orientis.

QUi [56] se patris post avum intestatum [57] defuncti negat heredem: mortui avi paterni suscipere facultates non potest, maxime [58] emancipatus: nisi [59] per bonorum possessionem ad hujusmodi beneficium pervenerit. Dat. 8. Id. April. LIMENIO & CATILINO CONSS. 349.

1 *l. 11. l. ult. §. de jur. & facti. ignor. l. 8. ff. de jur. & facti. ignor.* 2 Id est, in lucro mulieribus non subveniur ignorantia lapsis: in damno subveniur. vid. Cujac. 14. *obj.* 38. 39. 3 At non repudiare. *l. 8. ff. de bon. poss.* 4 *l. 7. §. 1. ff. de bon. poss.* 5 *l. 5. J. de jur. deliber.* 6 Impubes, causa cognita, bonorum possessionem fine tutore postulare potest. & ita restitutio [9] *l. Inst. de auct. tut.* 7 Impuberis conditionem fc. *l. 7. ff. de bon. poss.* & ita volunt. judicem ex fua confcientia, *l. 3. in fin. ff. de offic. praetor.* & hic tam judicis, quam tutoris auctoritatem prodest. *l. 7. §. 2. vers. Quidnamen. ff. de minor.* 8 Constantius. *l. 7. §. 3. De curat. furiosi.* 9 Id est, juris imperitiam. *l. 3. §. 12. ff. de SC. Silaniano.* 10 Vid. *l. 5. §. 6. l.* hæc verba *facti abjudicam*, Cujac. expungit 17. *observ.* 19. Graeci ita legunt, *εἰς διὰ ἀγνοιαν ἢ οἴου δήποτε ἄλλου λογισμοῦ.* 11 Hoc innuit nullum excludi commodo bonorum possessionis ob id solum, quod intra tempora bonorum possessionem solumnitor non petierit ex ratione, modo eam interim agnoverit. 12 Constantinus fcil. *l. 7. §. 3. De curat. furiosi.* 13 In bonorum possessionibus petendis: idem in creationibus. *l. 17. J. de jure delib.* Goth. Ad hanc leg. vid. Guid. Pap. Alciat. & Bellon. *lib.* 4. *Suppotat. cap.* 1 & 3. Adde Cujac. *ub.* 17. *observ.* 19. S. L. 14 Bonorum possessio fatcum requirit. 15 Olim apud municipales magistratus peti bonorum possessio non poterat: municipalis mixtum imperium non habuit: ratio bonorum possessionis, mixti est imperii. Dare bonorum possessionem erat prætorium vel præsidiale, non duumvirale. vid. Cujacium 17. *obs.* 19. 16 Olim solennis petitio datioque requirebatur. *l. 1. J. comm. de success. l. 20. in fin. ff. de except.* 17 Post Constantinum Theodosius & Valentinianus, etiam circa testationem exiimmant sufficere qualecunque judicium admittendæ bonorum possessionis. *l. unic. C. Theod. de cretionibus, vel bon. poss.* sive ut Graeci interpretes ajunt, *εἰς δήποτε ἐμφανεῖς τῶν κατοικούντων*, quod & Justinianus probat. 9. *6. Inst. de bon. poss.* 18 Olim prætatura aguntio, id est, facta intra tempus datum propinquiori cognato, eo deficiente, recte facta non intelligebatur. *l. 42. §. 2. ff. de bon. libert.* 19 Bonorum possessionem fcil. 40. *Edog.* 7. 20 Jure adcrescendi portio deficientis alteri accrescit, id est, adjungitur. *l. 3. in fin. ff. de bon. poss.* vid. *ff. de usufructu adcrescendo. l. 20. ff. de leg. 2. l. 89. ff. de leg. 3. l. 142. ff. de verb. sign. l. 67. ff. de adquir. vel omitt. hered. l. un. §. 10. J. de cad. vid.* Duarenum *ub.* 30. 1. & 2. *de pars. vel omissorum.* 1. Michaelem Graffum *lib. sent. §. ius adscripti.* 21 Ad hanc legem extant commentarii Cujacii, Hipp. Riminalii, & Guterii, præter quos vide Alciatum *lib.* 4. *parad. c.* 8. Mod. 22 Id est, non prescribitur. Omittere bonorum possessionem & hereditatem, est ab ea tempore excludi, id est, intra tempora constituta eam non accipere. Amittere, genus: Omittere species est. & hoc fonti temper hereditas, aut bonorum possessio omitti dicitur, non alio. vid. Anton. Mercatorem 3. *Dict.* 20. *in fin.* Graeci ita legunt, *καὶ τοῖς παραιτησαμένοις. Eclog. dict. loco, cap.* 1.

23 Dixi ad *Lib.* 37. *D.* 11. De bonorum possessionibus, hoc paucis tenendum est, Duri vel testamento facto vel ab intestato: Prior casu, duplicier, vel liberis hereditas, *ut hic:* vel praeteritis liberis, quæ & contra tabulas. *tit pres.* 12. his adde Carbonian. *tit.* 17. quæ datur liberis impuberibus praeteritis, quibus fit controversia status & bonorum paternorum. adde & eam quæ competit patrono, cujus liberis *tit.* 13. Ab intestato, ut *unde liberi.* 14. *unde legitimi & unde cognati.* 15. *unde vir & uxor* 16. 24 Quid? secundum nuncupationem potestne dari bonorum possessio unius? *l. ult. l. 2. 3. & 5.* 25 Quoties de jure testimenti qualitas est, totto bonorum possessio ab intestato peti non potest. 26 *l. 46. ff. de adq. vel omitt. hered.* 27 *l. 84. ff. de adq. vel omitt. hered.* 28 Quibus ex tabulis bonorum possessio secundum tabulas detur. 29 *l. 7. ff. h. t.* 30 *l. 2. J. de testam.* adde quæ dixi *l. 20. §. de fide instrum.* 30 Bonorum possessio secundum tabb. non tantum datur ex testamento scripto, fed & ex non scripto, *ut hic.* Causam dubitanti faciebat vox *tabulas.* vix enim, aut certe improprie videtur dici tabulas, quæ nuncupativum, sine scripto seu nuncupativum, ut hic confter probatum appellatione nuncupativum testamentum contineri. 31 Utilis bonorum possessio datur nuncupativis heredibus. *l. 2. in fin. ff. b. t. l. ult. in fin. J. de codicill.* 32 Dixi ad *L.* 37. *D.* 4. adde 45. *Edog.* 17. 33 Preteritis fcilicet. 34 Petita bonorum possessione contra tabulas, emancipati certis personis præstant legata, *ut hic:* fui, nullis. *l. 20. §. 2. ff. de t. l. 6. §. 9. ff. si quis omiss. caus. test. l. 1. ff. de legat. praestand. contra tab.* 35 Postliumi adgnatione testamentum rumpitur. *l. 1. J. de sublimin. l. 1. J. pr. & §. 3. ff. de injust. §. 1. Inst. de exher. lib.* 36 Id est, praeteritus, eaque praeteritionis est definitio. Sic apud Festum *Praeteriti senatores* dicuntur negleti a Censoribus, quod erat ignominiosum: lic ipta quoque eatenus praeteritio ignominiosa. *l. 31. J. de fideicommissis.* 37 Hanc legem ex profesto etiam explicuit Hipp. Riminalius & And. Alciatus, quem vide praeterea *lib.* 4. *Parados. c.* 10. ut & Jul. Clarum *§. testamentum. quest.* 43. Mod. 38 Bonorum possessio contra tabulas datur praeterito, *ut hic.* Atqui testamentum in quo praeteritus est filius ipso jure nullum est? Nullum fane: fed ftriito jure. *l. 1. in fin. ff. si tabula testamenti nulla extab. §. 1. Inst. de exhered. liber.* ex equo tamen non est nullum: cum per filium approbari possit. *l. 17. ff. de injusto.* 39 *l. 6. ff. de bon. poss. l. 23. ff. de bon. libert.* 40 Nam liberi patronorum sunt patroni. 41 *l. 29. ff. de bon. libert. l. 3. §. 1. ff. de fideic.* & ita ex necessitate. 42 *d. l. 6.* Interdum totorum bonorum possessio petitur: scripto fcil. herede omittente. 43 *Theodosio* tamen hæc lex tribuitur. *l. ult. Cod. Theod. de testam. & codicill.* nam & eadem lex ultimi exrat interpolata in *l. ult. J. de codicillis.* & ibid. Theodosio adscribitur. 44 *l. 37. ff. de bon. libert.* 45 Illetius. *l. ult. C. Theod. de testib. & codicill.* 46 Quoadam impositis. *l. 20. ff. de jure patron.* 47 Victore V. C. consule. ita fcripsum in *l. ult. J. de codicill.* & *l. l. ult. C. Theod.* ut fit annus 424. non 495. 48 Dixi ad *L.* 38. *D.* 6. adde 4. *C. Theod.* 3. Incipit nunc tractare de bonorum possessionibus ab intestato. 49 Bonorum possessio *unde liberi*, directe ac proprie ejus ex verbis legis, parentibus non datur, fed improprie atque utiliter: nam proprie filiis liberis datur. *l. 8. §. 12. ff. de bon. poss. contra. tab.* 50 *l. 15. §. 1. J. de legitim. hered. l. 7. §. de inoffic.* 51 Jofon putat, heredem jure pratorio proprie & directo heredem esse: quod falsum est. Nam tunc fit ubi nemo est heres, nec ex, nec per praetor directas actiones, & dominium directum transferat: Praetor tamen non facit heredem directo, fed p. t. ius vice heredis. 52 *§. 29. ff. de adq. vel omitt. hered.* 53 Idem est jure praetoris, existente filio, vel nepote non filio. 54 Id est, potior est causa fci heredis. *l. 5. in fin. ff. unde legitimi.* 55 *Constantius. Cod. Theod.* 56 Vide ad hanc *l.* Cujacium 4. *obs.* & *Cod. Theod. de bonis maternis.* 57 Intestato, *Hal.* Quia fi ex testamento? vid. *l. ult. J. numer. de hered.* 58 Hoc ideo dixit, quod ex eo qui in potestate erat, magis dubitabatur: verum idem in utroque. Accurf. fcil. 59 Id est, nisi jure civili. Neque repudiata patris hereditate avitam petit agnoscere, fed jure tantum praetorio. Cur? Jus abstinendi datum agnoti a Praetore ejus favore introductum est. *§. 2. Inst. de hered. qualit.* Ideoque avitam amplecti potest, ne aliquam abstinendi beneficium fraudi ac damno ei fit. Jure vero civili hereditas utrimque est confufa: ut necitio pro una parte adire, pro altera non adire nequeat. *l. 1. ff. de adq. vel omitt. hered.*